

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud KRONIKA RODZINNA, Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM VARSIAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15. Krakowskie Przedmiescie, 6

IN ANGLIA

AMERICAE SEPTENTR.

LONDON W.
28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

APUD FRIDERICUM PUSTET

NEW YORK CINCINNATI
52, Barclay Street. 436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

SERMONIS LATINI USUS ADHUC QUAM LATE PATEAT IN ORBE TERRARUM.	Petrus Rasi.
DE PRISCORUM HEBRAEORUM CULTU	H. D. V. Pieralice.
PUER IESUS IN SPELUNCAE BETHLEHEMITACEA PRAESEPIO. ODE	I. Bonaventura.
DE LATINA ELOQUENTIA IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI	Subalpinus.
BETHLEHEM URBS	Forfex.
SYNESII HYMNI	I. Lemette.
DE TIBERIO ASSISIENSI PICTORE	I. F.
RERUM HODIERNARUM FESTINATIO	M. Lani.
SATURIO. Comoedia latinis versibus conscripta et in tres actus distributa	I. B. Francesia.
EX POLONIA. De Augustini Kordecki memoria celebrata	I. Wabner.
SELECTA EX BIBLIOTECIS ET ARCHIVIS. De recta pronunciatione latinae linguae dialogus	I. Lipsius.
DIARIUM VATICANUM	Actuarius.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
AENIGMATA	Fr. Palata.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCIII

RUIT HORA!

Titulo hoc est distinctum **horologium recens inventum** ac perpendiculo motum, cui id peculiare, praeter dimetiendi temporis miram diligentiam, posse ad libitum a quovis homine, etiam a puer, componi atque dissolvi, dempta prorsus vetere illa opinione, huiusmodi machinas aliquid secreti et difficilis continere, ut qui artis mysteria penetraverit, ille unus libere tractet.

Nec credat quisquam de puerili quodam lusu agi, quum contra horologium hoc solidum item elegansque praebeatur; tale immo, ut sine dedecore studiorum conclave, vel ipsam mulierum exedram ornare queat. Est enim totum ex aere affabre insculptum et figuris decorato; perpendiculum ipsum specimen artis exhibet, haederaceum folium.

Horologium ad iubentem mittitur probatum, in partes suas numeris divisum una cum paucis iisque simplicibus adnotationibus, quae plane indicant quomodo brevi temporis spatio integrum restituatur. Qui vero iam in promptu cupiat, ita habebit.

Premium horologii “Ruit hora!”, ante solvendum, est Romae **lib. 4, 90;** extra Urbem lib. 5, 80. Pro exteris gentibus addantur insuper diribitorii involucri expensae.

Mandata horologii mittendi et pecunia dirigantur ad

EMPORIUM DOMINICI. — (Romae, via Tomacelli, 13).

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii **Vox Urbis** administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae «Congrationes» aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

In Italia:
Lib. 15, M.

SERMON
ADHUC QUAM LAT

HAC fere inserbitur
Dans quelle
Latin? (1), Caro
de Latino sermonem
commercii et co-
alio libello mox
scriptore uberiori
complecti. Cum pri
quibus factum es-
tum aevum illud
omnino periret at
illius aetatis tene-
splenderet, id no-
a primis renatarum
ribus, eum uniuscuius-
ris ad linguae littere
paulatim attollere
eandas atque ex-
instrumentum fieri
acerbissimum fatu-
in re hoc sane non
populos aliter ve-
vel Anglosaxones
antiquo Romanorū
Cuius rei causas
praecipuas, neque
riebat: Primum,
matrius, quam a
garis, ut supra de-
vis uti potuerit a
paludatam vel toga
quod id sit populū
nici ingenium, ut
quitus tradita et «
nos», diutius ac p-
videatur. Quam re
maxime ex Germanis
sitatis illorumque
petitis, confirmare
quaes sunt praecipi-
num disciplinarum
lum gentium popu-
bita et adhibenda

(1) Legitur haec scrip-
bitur *Revue Internatio-*

nde a pag. 503 usque ad

(2) De hac re cfr. int.

DIELS, *Festrede über Le-*

versalsprache (in Sitzung

zu Berlin, 1899, p. 504 sqq.

1901); est etiam eiusdem

Nov. a. 1900 Berolini ha-

teins für unser Volk u-

sculo R. HEIM, quod insc-

lin, 1901); MICHAEL BRÉAL,

*nale (in *Revue de Paris*)*

langue latine comme ta-

*vant (in *Cronache della**

XIV, p. 147); Ios. FORNA-

Urbis, Kal. et Id. Maiis

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — VIA Alessandrina, 87.

SERMONIS LATINI USUS ADHUC QUAM LATE PATEAT IN ORBE TERRARUM.

HAC fere inscriptione, quae Francogallice est *Dans quelle mesure se sert-on encore du Latin?* (1), Carolus André nonnulla exposuit de Latino sermone adhuc in variis hominum commerciis et congressionibus usurpato, quae alio libello mox infra adferendo ab eodem scriptore uberior exposita placet nunc breviter complecti. Cum pauca praemisisset de causis, quibus factum esset, ut lingua Latina per totum aevum illud, quod medium dicitur, non omnino periret atque adeo tamquam pharus in illius aetatis tenebris Ecclesiae maxime opera splendoreret, id non inepte adnotavit, iam inde a primis renatarum artium liberalium temporibus, cum uniuscuiusque populi sermo vulgaris ad linguae litterariae gradum dignitatemque paulatim attolleretur et ad novas res significandas atque exprimendas aptissimum quasi instrumentum fieret, Latino quoque sermoni acerbissimum fatum impendere coepisse; qua in re hoc sane mirum videri, stirpis Latinae populos aliter versatos esse atque Germanos vel Anglosaxones: hos enim serius quam illos antiquo Romanorum sermone uti destitisse. Cuius rei causas cum inquireret, hasce duas praecipuas, neque eas sane spernendas, reperiebat: Primum, quod in Latinis regionibus maturius, quam apud alias gentes, sermo vulgaris, ut supra dictum est, suis opibus ac nervis uti potuerit ad linguam illam tamquam paludatam vel togatam supplantandam; deinde, quod id sit populi Germanici vel Anglosaxonici ingenium, ut ea omnia, quae sint antiquitus tradita et « recurrentes accepta per annos», diutius ac pertinacius tueri atque colere videatur. Quam rem cum nonnullis exemplis, maxime ex Germanicis et Britannicis Universitatibus illorumque alumnorum vivendi ratione petitis, confirmare studuerit, ad alia pergit, quae sunt praecipue de lingua Latina ad omnium disciplinarum scientiam tamquam vineulum gentium populorumque universorum adhibita et adhibenda (2). Sed haec omnia vir cl-

rissimus alia disputatione, quae paulo post hanc priorem insecura est, partim iisdem fere verbis iteravit, partim latius ac fusius disseverit: pauca vero nova adiecit, quae equidem valde timeo ut omnibus arridere possint. Itaque ad alterum libellum, qui inscribitur *Le Latin et le Problème de la Langue Internationale* (Paris, 1903), iam properat oratio mea. Sed nolo priorem e manibus ponere, quin vocem illam gravissimam optimique quasi ominis plenam repeatam, quae in extrema opusculi parte « carnine dulcior aures occupat » Italorum praecipue: *Ce serait une suprême gloire pour le latin, après avoir été à la base de nos civilisations, de se retrouver au fait... adapté aux besoins nouveaux, se relevant de ses propres ruines comme le phénix renait de ses cendres.* Verum huic rei animo et cogitatione conceptae quam multa in rebus et in hominibus ipsis posita obstant! quae tamen ut infringantur et pervincantur pro uniuscuiusque viribus nisi, hoc opus, hie labor est.

Sed ut ad libellum illum, quem nuper memoravi, redeam, hic constat ex capitibus sex, quorum hae sunt singulae inscriptions: I. Moyen-Age et Renaissance. II. XVII^e et XVIII^e siècles. III. Parle-t-on encore latin? IV. Ecriv-on encore en latin? V. Les tentatives modernes de restauration du latin. VI. Réponse à quelques objections: nonnulla etiam praefatus est Paulus Regnaud, vir clar., qui lectoribus librum commendat. Cum vero longe maxima opusculi pars eo spectet, ut historiam Latini sermonis inde ab eius occasu usque ad nostram aetatem persequatur et numerorum ratione saepe adhibita declareret atque confirmaret, nunc ea tantum expondere pretium operae est, quae et novitate rei et ideo, quod hoc esse caput disputationis videtur, maioris momenti in praesentia haberi possunt.

Praecipua totius commentationis sententia ad summam haec est: refutatis argumentis eorum, qui negent, linguam Latinam idoneam habilemque fieri posse ad res novas apte exprimendas et hominum, qui nunc sint, cogitata

sensaque inter ipsos communicanda, cuius rei causa potissimum in grammaticae et syntacticae rationis difficultate quaerenda sit, id suadet atque commendat auctor, ut, grammaticorum praecepsis maximam partem neglectis, declinationis et conjugationis regulae, omni enoritate atque inaequalitate sermonis ad certas quasdam normas directa, in numerum quam minimum redigantur, implicata atque inutilis (ut ipse ait) forma verborum passiva tollatur, verba deponentia abrogentur, etc. Illud etc. ab auctore ipso additur, qui in hoc tamquam bello arti grammaticae indicto nihil aliud aut amplius de hac re nos edocet, nisi quod in adn. 2 (pag. 64 sq.) verba laudat, « en faisant quelques réserves », quae olim seripsit Delacour (*Le latin langue universelle*, Bruxelles, 1894, p. 9): sunt autem haec: *Il y aurait peu de changements à faire aux temps de l'actif dans les verbes réguliers. Il suffirait de supprimer certaines formes qui font double emploi, telles que amavere, amato, audisti, etc., de supprimer aussi le supin et le gerondif (à l'exception du gerondif en do), que l'on remplacerait par l'infinitif. Peut-être, cependant, serait-il à propos de terminer uniformément le futur en-bo: amabo, monebo, legebo, audibo. Quant aux verbes irréguliers, tels que volo, fero, nolo, tollo, disco, etc., il faudrait les modifier à quelques-uns de leurs temps ou bien – ce qui semblerait préférable – y substituer des verbes synonymes à conjugaison régulière.* Sed haec omnia per se ipsa refelluntur: quis enim non videt, Latinum sermonem aut sic recipiendum et usurpandum esse ut nobis a maioribus traditum est (analogiae, quae dicitur, in quibusdam rebus locisque, ut par est, ratione habita), aut omnino relinquendum? sit, inquam, ut est vel esse debet, aut prorsus non sit. Quis etiam novae huius grammaticae praeepta statuat? Qua auctoritate haec ipsa ut a singulis nationibus recipientur perficiat? Nonne hac ratione efficieretur, ut monstrum aliquod exsisteret, Horatiano illi persimile, cuius, velut aegri somnia, vanae fingerentur species, ut nec pes nec caput uni redderetur formae? Evidem assentior viro humanissimo eum dicat, fugiendam esse in mutuo virorum doctorum commercio omnem « affectation du ciceronianisme » (p. 63); nec tamen hoc tribuens, ut hic quoque Horatii verbis utar, dederim quoque cetera: nam sic et novas, quas vocant linguas, arte compositas, *Volapük*, *Esperanto* et si alia sunt huiuscmodi artificia, ut optima subsidia atque instrumenta ad communionem illam, quam quaerimus, inter omnium populorum viros doctos comparandam mirer. Quia vero via et ratione ad eum, qui nobis est proposi-

(1) Legitur haec scriptiuncula in commentario qui inseritur *Revue Internationale de l'Enseignement*, Paris, 1902 inde a pag. 508 usque ad pag. 512.

(2) De haec re cfr. inter recentiores, praeter alios, HERM. DIELS, *Festrede über Leibnitz und das Problem der Universalssprache* (in *Sitzungsber. der k. Preuss. Akad. der Wiss. zu Berlin*, 1899, p. 594 sqq.; cfr. praeterea *Deutsche Revue* (Jan. 1901); est etiam eiusdem viri docti oratio sollemnis die VI Nov. a. 1900 Berolini habita *Über die Bedeutung des Lateins für unser Volk und unsre Zeit*: praemissa est opusculum R. HELM, quod inscribitur *Volkstaaten* (Leipz. und Berlin 1901); MICHE BREAL, *Le choix d'une langue internationale* (in *Revue de Paris*, 15 Juill. 1901); FED. CHARPIX, *La langue latine comme langue internationale du monde suivant* (in *Cronache della Città Eterno-Latina*, 1903, fasc. IX-XIV, p. 147); IOS. FORNARI, *ibid.*, fasc. I-III, p. 18 sqq.; *Vox Urbis*, Kal. et Id. Maiis MDCCCCIII, n. IX et X. Praeterea

quis non memoria tenet ea, quae vir eruditissimus idemque egregie cordatus, Felicem dico Ramorino, elegantissime, ut eius est mos, in hoc ipso commentario (ann. III, Kal. Ian. MDCCC, n. I, p. 1 sq.) de renorando Latinæ linguae usu exposuit? Quia de re digna est etiam quae legatur eiusdem epistula ad Iosephum Fornari missa et pag. 12 sq. (*Cronache* etc., fasc. I-III) inserta. Hunc vero omnium doctorum hominum communem sermonem euidem appellaverim *linguam mundanam*, eodem fere modo quo Cicero, *Tusc.* V, 37, 108, graecum illud *νοστρά* interpretatus ait, Socratem se « mundanum », dicere solitum esse, quod totius mundi se incolam et civem arbitraretur. Hunc etiam sermonem *linguam gentium* (siquidem omnium nationum viri docti harum tamquam personas gerere videntur) recte quis dixerit, eadem analogiae vel similitudinis ratione usus, qua ius, quod inter varios singulosque populos obtinet atque viget, *ius gentium* (germ. *Völkerrecht*, ital. « diritto internazionale ») nuncupatur.

tus, exitum pervenire possimus, emendatae praeque Latinitatis natura atque imagine in novis quoque rebus significandis novisque verbis condendis servata, et luculentissima exempla haec ipsa *Vox* in dies praebere non desistit et optimis praecepsit docet, praeter alios, Ioh. Philippus Krebs in *Vorschriften* illis, quae eius celebratissimi omnium sermone *Antibarbari* (a I. H. Schmalz editione sexta, Basil. 1886, eu-rati) in capite leguntur (1).

Praeterea cum sermo Latinus, ut verae ac propriae linguae quae dicitur universalis munere fungatur, non solum scriptura ac per litteras, verum etiam viva voce, hoc est, in hominum doctorum colloquiis usurpandus sit, ad hanc rem assequendam id etiam plurimum interest, ut una eademque doceatur ac statuatur in omnibus nationibus pronuntiationis Latinae ratio: quod iam saepe ab hac *Voce Urbis* traditum vel etiam inenleatum eum summae utilitatis atque adeo necessitatis videatur, tum nuperrime in hominum doctorum conventu, qui de Latinitate instauranda superiore mense Aprili Romae, in urbe universi mundi capite, habitus est, eruditissime ac sagacissime ab A. Sécheresse est pertractatum (efr. *Cronache della Civiltà Elleno-Latina*, a. II, fasc. IX-XIV, p. 153 sqq., in capite quod inseriptum est *Contribution à l'étude de la question du latin langue internationale: La prononciation*: efr. etiam *ibid.* Bonafous, p. 148). Quid plura? in altero quoque congressu, qui de rebus historicis tractandis paucis diebus ante ab omnium nationum viris doctis Romae celebratus est, hoc, praeter alia decreta, placuit «ut ii omnes, qui ubique Latinam linguam discent, una atque eadem pronuntiandi ratione uti docerentur» (*Diario*, n. 9-10, p. 205). Neque id sane iniuria: cum enim plerumque fiat, ut, quae sit propria cuiusque nationis patrium ac nativum sermonem pronuntiandi ratio, haec ad linguam quoque Latinam enuntiandam aptetur, nemo non videt, quam magno omnibus incommmodo id sit, cum non unum eundemque sermonem usurpari dicas, sed tamquam diverse lingue, oribili favelle hinc exsistere videantur. Neque huius rei exempla in historicorum illo conventu, quem supra memoravi, defuerunt, ut, Germanieis, Francogallieis, Britannieis, Italiensis, etc., viris Latine colloquentibus, linguarum, ut ita dicam, confusione Babylonicae adesse haud raro putares.

Verum ut redeamus ad nostrae disputationis inscriptionem (quae a priore Caroli André libello per occasionem petita in causa fuit, ut, de hoe et de posteriore indicium et censuram facientes, ea quoque, quae ipsi sentiremus, sine ira et studio profiteremur), siquis nunc quaerat, quam adhuc late pateat in orbe terrarum Latinus sermonis usus, respondet Carolus André cum prioris commentationis paginis 504-510, tum maxime posterioris capitibus III et IV: ex quibus colligitur, linguam Latinam praesenti sermone ac per colloquia in dies rarius

(1) Placet hue referre ea, quae de huius commentarii "de litteris et bonis artibus" meritis dixit Iacobus Tasset in epistola quadam ad A. Sécheresse scripta (*Cronache* etc., fasc. IX-XIV, p. 156): *Je reçois en outre des périodiques dont le plus considérable est la Vox Urbis. Ils prouvent que tous les sujets intéressants des hommes civilisés peuvent être traités dans la langue classique sans qu'il soit nécessaire de lui faire subir aucune altération sensible.*

usurpatam (1) ac linguam tantum adiutricem vel, ut dieitur, subsidiariam habitam (nisi allocutiones et orationes Latinas excipias, quae maxime in quibusdam Ecclesiae catholicae et Universitatum publicis ac sollemnibus caeremoniis vel in aliquot virorum doctorum congressionibus dieuntur), multo saepius litteris scriptoque tradi adhuc publice in Ecclesiae ritualibus, in nonnullis studiorum Universitatibus praecipue Germanicis, Anglicis, Hungaricis, neque in academicorum civium potissimum Germanicorum moribus incundisque societatibus omnino in usu versari desisse. Quid? Plurimae dissertationes ad amplissimum doctoris gradum adipiscendum maxime a litterarum ac rerum antiquarum studiosis nonne adhuc Latine conscribuntur? Etiam multi libri, ut eos praeter eam, quibus disciplinae philologicae proprie continentur, praecipue ad physica, ad mathematica, ad universam denique historiam naturalem pertinentes, quo alio sermone nostra quoque aetate saepe exarantur nisi Latino? (2) Denique, ne longum faciam, complures iam sunt commentarii, ephemerides, libelli, qui ordine certo tempore Latine eduntur; horum autem in primis laudat André hanc *Vocem Urbis*, cui accedunt *Praeco Latinus*, *Civis Romanus*, *Apis Romana*, *Alaudae*, etc.: quorum indicem locupletissimum, alii quoque ad Latini sermonis studium promovendum ac fovendum subsidisi commemoratis, exhibet in libelli posterioris parte, quae inserbitur *Bibliographie du Latin moderne* (3). Neque est silentio praetereundum certamen illud Hoeufftianum, quod toti orbi quotannis Amstelodami indicetur, in quo tam saepe Itali aut victoriae palma aut honesta mentione ornantur.

Sed iam satis est: ne quis putet me Crispini Lippi serinia compilasse, iis verbis rem totam concludam, quae ipse in quadam epistula ad Angelum De Gubernatis, acerrimum Latinitatis vindicem atque adsertorem, nuperrime scripsi (*Cronache* etc., fasc. I-III, p. 13): «Vale, vir bone et fortis...: audacibus generosisque tuis inceptis faveat Genius almae Romae, quae, ut olim armis ac postea Cruce, ita lingua toto terrarum orbe dominata est et, quod est in votis quodque auspicari licet, in posterum dominabitur: ita ut *Urbs* fiat, quod prius *Orbis* erat».

PETRUS RASI

DE PRISCORUM HEBRAEORUM CULTU.

VIDIMUS ingenuarum artium primam aetatem apud Haebraeos, et quasi quamdam infantiam et pueritiam, in qua cum viverent, morem puerorum sequuti, potius aliena exempla quam

(1) Ad huic incommodo medendum comparatum est imprimis optimum illud promptuarium rerum ad communem sermonum usum commendatissimum, quod Georgius Capellanus confecit et inscriptis *Sprechen Sie Lateinisch!*: huius prima editio (Lips. 1800) memoratur a Carolo André, quamquam liber iam abhinc tres annos (Lips. 1900) tertia editione emissus est.

(2) Exempli honoris causa nominatur a Carolo André duobus locis (*opusculi prioris* pag. 510, *posterioris* pag. 43) Petrus A. Saccardo, cuius opus "doctum Iuppiter et labiosum", multisque et iis magnae molis voluminibus compositum neque adhuc absolutum, inserbitur: *Syntoge fungorum omnium hucusque cognitorum*.

(3) Huic indici adiecitur etiam, quae Carolum André fugit, ephemeris *Divus Thomas* inscripta, quae Placentiae multos abhinc annos editur. Praeterea commonendum est, *Præconem Latinum* et *Alaudas* iamdiu vocem mittere desisse.

propriam indolem sequi videbantur (1). Succedit mox altera populo propria, dum ab alienigenis omnibus optime segregati quotquot erant ab Isaiae, graecanice *Isacidae*, nulla sub dominatione exterorum, sed propriis legibus usi, proprio obtemperantes ingenio, Moyse constitutive civitatem et a reliquis gentibus caute secerente, singulare mentis et consilii sui specimen praebuerunt.

Fateor; rudimenta non deerant; quum enim iis tradita esset regio Gessen inhabitanda iam a diebus Iacob et Ioseph, necessarii saltus artibus eos sibi sufficiere necesse erat; non enim facile factu invenio ad singula comparanda unumquemque ab illa provincia, seu «nomos», seu regione demigrare, ut ab Aegyptiis peteret, emeret, quae vitam alunt, confortant, et recreant ab aeu ad vestes, a sedilibus ad «cinnor», ac tympana, ab areu ad patinas. Diurna autem habitatio id, quod Abraham a Chaldaeis et Syriis accepert, cum Aegyptio more miscuerat; non enim quis impune quadrigentis annis apud extraneos ita vivere et versari potest, quominus aliquid vel imitatione, vel usu inde recipiat. Magnum, si proprium sermonem integrum inviolatumque servaverit; in quem tamen aliquid, quod ex hospitibus fluat, irrepare, vel irrumpere necesse est! Hoe tamen animadverto, Hebraeos, praeter sermonem proprium, etiam seribendi modum et morem, etiam litterarum notas, characteres, quibus Samaritae, si Hieronymo eredimus, usi sunt, et retinuerunt ad ultimum, servasse.

Post captivitatem Babyloniam redeuntes sonum quidem verborum et sermonem Hebrei non abiecerunt, sed Hebraicarum litterarum signa in Syro-Chaldaea immutarunt, ut si quis nunc apud nos graecis litteris italicica seriberet verba, sive latina. Id vero minime mirandum arbitror et iudico; nam qui e Germania sunt nunc, propria scribentes, libros latinis modo litteris, modo gothicis conficiunt, germanicis verbis vero sonoque accentuque legunt. Samaritae, ut ante scripsi, litterarum formas non immutarunt, et Hieronymi aetate vel tenacissime morem priscum fovebant.

Altera igitur aetas, quae artibus illuet Iudaicis, iuventutem, adolescentiam suam Moysis cum aetate orditur, et propria sibi appareat facie, ab aliis iam secernit, et quid proprium praefert. Id autem bifarium porrigitur. Caput enim alterum in bonis litteris est, alterum in manu factis arte, et opificium industria dolatis aere, marmore, gemmis, aeu; est et aliquid in musicis rebus, est et in astronomicis, est et in prudentia iuris tum privati, tum publici; est praeterea in sexentis, quae nos compendio indicamus per summa capita, non enumeramus; iter enim sternimus volentibus altius perspicere; nobis autem, sive opportunitas prohibeat, sive minores fortasse sint ausu vires, nomina tim singula persecui non licetum est.

Iamque ut de bonis litteris aliquid hodie dicam, credo id proculdubio, neminem ex optimis historie esse, qui cum narrante Moyse sit comparandus. Maximus hic enim Hebraeus celeritate et perspicuitate mirabili in libro *Genesis* quamdam historiam universi generis humani profert, atque hoc maximum tanta

(1) Cfr. num. XIX.

exhibit simpli modo veritas dent; aetates, nee luna praeclare dictu!, quam, neutri spere et manet tertius,... quar successionesque bantur, divisione peregrinantur, Quid vero de his et moralibus dientur in libro de congrua vita coercito calore fortasse cum circa solem? Qui ad restaurandas tune primum ad ostento? Quid illi pulehrius, nihil hymno: «Cantemus gratias, sicut nunc agnoscimus est; et mare? » Nullum

Sempiternus f innuere, iuvat e privatum et publicum maxima. Virtute Hebraea civitas ut ad nostros usus quassata calamitatem dilapsa sit prodigo et peregra praeteriere!) ine hisce immania insularum, sive Carthaginenses Pelasgos, Getas, Cretenses, et quot volueris et laborat annualiter credamus. Iudea solique sui extornerat theraphim, per in Moyse copulantem.

Aut amens egreditur. Si ab afflitione tanto magistro quod discipulus et amicus afflantem amoveremur in hisce omnibus Olympiis quiske ad iura proprietatis cum, ad officia in nigenas, immo et inenarrabilia videtur ad volumina Biblia Levitici, Deuteronomii, legamus. Sed iam Moyses omni sapientia igitur Aegyptiis percepit, et censeantur. — Quod matre propria Hagar et nutritum fuisset (more) et adulterum Pharaonis (2). Hgyptia callebat. Ego sociorum Madiani

(1) Act. Apost., c. V.

(2) Exod., c. II.

pantur (1). Successi-
a, dum ab alien-
ati quotquot erant
e, nulla sub do-
priis legibus usi-
o, Moyse consti-
gentibus caute-
et consili sui spe-

rant; quum enim
inhabitanda iam
necessariis saltem
se erat; non enim
singula comparanda
ia, seu « nomos »,
Aegyptiis peteret,
confortant, et re-
ad libus ad « cin-
ad patinas. Diu-
uod Abraham a-
at, cum Aegyptio
quis impune qua-
eos ita vivere et
id vel imitatione,
num, si proprium
mque servaverit;
od ex hospitibus
necesse est! Hoc
os, praeter sermo-
di modum et mo-
charakteres, quibus
edimus, usi sunt,
ervasse.

cam redeuntes so-
rmonem Hebrei
carum litterarum
tarunt, ut si quis
italica scriberet
ainime mirandum
e Germania sunt
ros latinis modo
iunt, germanicis
ne legunt. Sam-
rum formas non
tate vel tenacis-
t.

ribus illucet Iu-
am suam Moysis
bi appetet facie,
d proprium praec-
tur. Caput enim
iterum in manu-
ria dolatis aere,
aliquid in mu-
nicis, est et in
um publici; est
nos compendio
enumeramus;
s altius perspi-
nitas prohibeat,
vires, nominata
est.

liquid hodie di-
minem ex opti-
narrante Moyse
enim Hebraeus
rabilis in libro
universi generis
maximum tanta

exhibit simplicitate, quanta potest tantummodo veritas frui. Causis effectus respondent; aetates, nempe illi dies, quibus nec sol nec luna praerat, et mane et vespera, singulare dictu!, complebantur; ineffabiles illi, inquam, neutri generis dies: « Et factum est vespera et mane dies primus, secundus, tertius, quartus... etc. », aetates creationis, successionesque rerum effissionibus coram probantur, divisiones gentium et inhabitantium et peregrinantium, omnia ad unguem reperiuntur. Quid vero de historia Iob, quid de philosophicis et moralibus disquisitionibus, quae illo continentur in libro? Quid de Noetica historia, et de congrua vitae humanae contractione cum coercito calore solis per exundans diluvium, et fortasse cum nova inclinatione terrestris axis circa solem? Quid de carnium esu, tunc primum ad restaurandas vires concessu? Quid de vino, tunc primum ad necessitatem reparandi roboris ostendo? Quid illud Iosephi episodium, quo nihil pulchrius, nihil suavius? At quid de illo Moysis hymno: « Cantemus Domino; gloriose enim magnificatus est; equum et ascensorem deiecit in mare? » Nullum paeana iure comparabitur.

Sempiternus fiam singula si sequar. Iuvat innuere, iuvat et praeterire. Quae vero ad ius privatum et publicum pertinent talia sunt, qualia maxima. Virtutem probat effectus; quae enim Hebraea civitas illis olim coaluit, ita coaluit ut ad nostros usque dies infinitis propemodum quassata calamitatibus, obrutaque ruinis, numquam dilapsa sit, numquam et nusquam, novo prodigio et perenni (iam enim quot aetates praeteriere!) inexterminabilis. Compara nunc hisce immania illa nomina gentium potentissimarum, sive Chaldaeos et Assyrios, sive Carthaginienses et Hetruseos, sive Samnitas, Pelasgos, Getas, Quados, Marcemannos, Alanos, et quot volueris insuper. Omnes hi perierunt, et laborat annalium fides ut eos olim fuisse credamus. Iudea civitas una, quamquam caeli, solique sui extorris, sine rege, sine templo, sine theraphim, per insidiosa pacis, per acuta belli, Moyse copulante, perdurat!...

Aut amens ego, aut dilemma inevitabile ponitur. Si ab afflante Numine ista fuerunt, a tanto magistro quid et quis et quantus fuerit discipulus et amicus Moyses intelligis; sin vero afflantem amoveris Deum, gigantis instar Moyses in hisce omnibus apparebit, cui palmam in hisce Olympiis quisque cedat necesse est. Quae autem ad iura proprietatis sunt, ad annum Sabbathicum, ad officia inter suos, ad officia circa alienigenas, immo et circa bruta animantia, ferme inenarrabilia videntur, et cupidos et miraturos ad volumina Biblicorum, quae *Exodi*, *Numeri*, *Levitici*, *Deuteronomii* appellantur nomine, delegamus. Sed iam quis dicit: « Eruditus fuerat Moyses omni sapientia Aegyptiorum » (1); haec igitur Aegypti potiusquam Hebraeis tribuenda censeantur. — Qui vero haec ferat, memoret a matre propria Hebraea ex tribu Levi Moysen et nutritum fuisse et educatum (ergo Hebraeo more) et adultum iam fuisse traditum filiae Pharaonis (2). Hebraea ergo prius quam Aegyptia callebat. Ecce autem, cum tamdiu apud sacerdotem Madianitam, Raguelem Iethri filium

fuerit, eadem et Madianitis non tribuunt institutis? Ecce quae leges et litterae inextirpabiles fecerunt Hebraeos, nihil profuere Aegyptiis quominus exterminarentur? Ac tamen adversus hosce neque ab Assyriis, neque a Chaldaeis, neque a Romanis, neque a Tureis, sicuti adversus Hebraeos, ad internectionem usque saevitum est.

H. DE VECCHI PIERALICE.

PUER IESUS IN SPELUNCAE BETHLEHEMITICAЕ PRAESEPIO.

ODE⁽¹⁾

*Amenus. An durum assidet praecordiis
Robur vel alpinus silex;
Quisquam ut reclinem cernat ad praesepia
Deum; omnibus nec ardeat
Medullitus fervens amoris ignibus?
Oh gratiae! oh frontis decus!
Vel quale tigridis leaque tangeret
Ferociorum pectora.
Oh aurei crines! corallina oh labra!
Oh bina ocelli sidera!
Ut ille blandus usque et usque palmulis
In nostra tendit oscula!
Ut lene vagiens in amplectum rapi
Totus renidens expetit!
Quid si cor ipsum cerneret et intimo
Fibras micantes pectore?
Amenus, eia, amenus! Id ni possumus,
Possimus oh! statim emori.*

I. BONAVENIA S. I.

DE LATINA ELOQUENTIA IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSIS⁽²⁾.

IN summo totius Italiae otio, atque in tanto ubique annorum silentio, quo, favente Deo, usi sunt patres nostri, usque ad extremum Caroli Alberti regnum, laudabile studium excitatum est in Subalpinis litterarum bonarumque artium.

Bouheronus et voce et scriptis animos discipulorum incitabat, eisque exemplo praecipuus auctor erat, ut horum studiorum rationem ingredierentur, in quibus tamquam in portu libentissime conquescerent.

Sicque de civitate et litteris latinis meritus est Noster ob egregiam operam in editionem scriptorum latinorum collatam, quam Ioseph Pomba, officinator olim librarius in Urbe nostra, singularis industriae vir, primus apud nos, aetate patrum nostrorum, romano ausu suscepserat. Huic opere et consilio adfuit Bouheronus, singulosque etiam scriptores venustissimis praefationibus exornabat, quas postea, in unum librum collectas cum eleganti interpretatione evulgavit Franciseus Arnulfius, eius olim illustris discipulus. Scriptorum latinorum

(1) Cf. SARBIEV., *Lib. Epod*, ode IV, unde istam, cum iu-
nior essem, concinnavi.

(2) Cf. num. XXIII.

volumina cviii edita fuerunt, vivo Bouherono; post eius excessum prodiit L. Annaei Flori *Epitome*, item L. Ampellii *liber memorialis*, ex recensione C. A. Dukeri a Nic. El. Lemaire nuper illustrata.

Huic volumini praefatus est Thomas Val-
larius, qui Iosephi Pomba rogatu, praefationes
etiam exaravit ad M. Tullii Ciceronis et T. Livii
opera, quas quotidiano prope convicio ab edi-
to complures efflagitabant. Namque Bouhe-
ronus, extremo tempore, multis distractus rebus,
duobus hisce scriptoribus manum admovere ne-
quiverat.

Haud exiguum quoque laudem sibi ipse com-
paravit *Inscriptionibus*, quas perpetuis ani-
madversionibus aetas Thomas Vallarius edi-
dit. Mirum sane quot praeconiis eas exstulerit
quantum tune temporis erat in Italia hominum
elegantiorum; illarumque fama Italiae fines
praetergressa in Gallia et Germania pariter
atque in Hispania late pererebuit. Admirab-
antur floridum eius scribendi genus, poeticu-
quodam lepore conditum, quum vis acrior ali-
cuius affectus esset pingenda. Sit in exemplum
titulus Alexandri Statiellorum in vico Lu-
cianeo postridie non. Jun. an. MDCCXXXII:

ABSISTE HOSPES
FVGE OMNOSAM DOMVM
TRISTES REFERAM CASVS
SVMMIS IN AEDIBVS IVDAEA VIRGO
NITENS IVVENTA NVPTIAS PROPERABAT
COENATVM VENIVNT AD VINVM DISERTI
SECVNDIS MENSIS HIMENAEVM VOCANT
TVNC HISCENTE SOLO
FINDYNTVR PARIETES IMI SVPERNI
NEQUIDQVM OBNISI PRAECIPITES RVVNT
DIVERSA VBIQUE MORS FILIO INCVMBIT PATER
FILIA MATREM COMPLEXA VNA PROLABITVR
EXANIMISILLA INFELICIOR ALTERA
ELISA RIMIS SINGVLTIM ANHELAT
MIXTI SENIBVS IVVENES IACENT PVELLAE VIRIS
FIT CLAMOR FERALES CVRRVS
STIPATA CORPORA PER VRBEM TRAHVNT
PARS PROPINQVM ALII AMICVM AGNOSCUNT
ET INIMICVM INTVENS NEMO ABSTINVIT FLETU
VIDES VT INSTANS FATVM MORTALES VRGET
LAETI LVIDENTES
DAMNATA TVRBA IN ORCVM TRVDIMVR
HIC VBI NVPTIALE CARMEN ITERABANT
PER SOLITVDINEM NOCTVA
LVCTIFICAS INGEMINAT VOCES.

Nee minore cura graeca et italica studia
prosecutus est. Inter Italos autem Benedictum
Varchium et Hannibalem Carum prae ceteris
studiose lexitabat, quorum dicendi rationibus
elegantem Xenophontae ζνζβζς; interpretationem
inspersit, quam inter inedita scripta reli-
quit, quamque ut publici iuris fieret vehementer
patres ipsi nostri efflagitabant.

Huius sapientiae documenta saepius inter do-
cendum pro re nata edebat noster cum Virgi-
lianis atque Horatianas sententias suavissimis
Aligherii, Petrarcae aut Areosti luminibus hil-
aret.

Quum ad annum aetatis suaem quintum et
sexagesimum integro corpore pervenisset, mi-
serabilis casus tam insigne litterarum decus
subito nobis eripuit. Suprema illius verba chri-
stiani hominis fuerunt, qui innocentissimam vi-
tam sanctissimo exitu clausit.

SUBALPINUS.

BETHLEHEM URBS.

BETHLEHEM urbis prospectum alias dedimus, eum de crypta Nativitatis Domini, ut de sollemnibus, anniversaria fausta die recurrente, inibi haberi solitis, Aemilius Crivelli, qui diu adfuit testis, in *Vox Urbis* disseruit (1). At quisnam nos reprehendat si, redeunte annua commemoratione, prospectum alterum oppidi inter felicia fortunatissimi, exhibemus? Habeatis igitur, socii ac lectores, eiusque visus ad caelestia desideria vos erigat, quae post vitam longaevam atque in omnibus secundam ut deum expleantur vobis ex animo ominatur

FORFEX.

SYNESII HYMNI. ⁽²⁾

MULTUM operae multumque studii iam tum a puero atque deinceps in poetica collocaisse videtur Synesius. Poetarum namque se amantissimum ubique prodit, quos, si ipsi fidem adhibemus, eum reliquis anctoribus optimae notae et coluit et legit, magno, ut fatetur, suo emolumento. « Neminem, — inquit, — (Dion n.º 10) qui in Graecorum utilitatem aliquid contribuerit quod praecellum haberet, debito honore praemio que earere sinam, quoniam nos a pueris iam tum exceptos educarunt, menteque adhuc infirmos et quasi aegros diligentissime curarunt, quae utilia essent quadam suavitate condientes ». Cuius studii documento esse possunt illa multa quae in scriptis suis de poetis aspergit. Quod eum plures virtus illi darent, damnantes insuper viri studium liberalibus disciplinis impensum. Synesius Musarum vindicem agere coactus est, idque quanta eruditione, quantaque vi, cognoscere potes ex libro quem inscripsit Dion, seu *de ipsius vitae instituto*.

cantium hominum sola vices gerit et opus
praebet.

Praetereo quae a ligneis, quibus portae, fe-
nestrae, mensae, et cetera huiusmodi constant;
nemo enim est, qui non viderit serras divi-
dentes, ascias polientes, et instrumenta quaeque
lignariorum fabrorum, ea momento temporis
conficere, quae faber vix hora posset.

Typographica industria a singulis literarum
notis manu eligendis, a disponendis per lineas,
ab imbuendis atramento, ad paginas impressas
vel diarii vel libri exhibendas, et plurimum la-
borem et sedulitatem occupabat; nec tamen
mendae, errores, quae omnia qui scripta praelo-
damus probe scimus, rara res erant; inde emen-
datores, correctores... Haec omnia, plures di-
visa per operarios, magnum horarum spatium
absumebant. Nunc eo per ventum est, ut, quod olim,
centum facientibus operariis, quinque vix
mensibus absolvebatur, totidem adlaborantibus,
septem horis tantummodo perficiatur; quod olim
tria operariorum millia poterant, nunc
octoginta in libris edendis possunt.

Et quid de facilitate, de celeritate itinerum
dicam? A Neo-Eboraci ad S. Francisci urbem

(ter millibus et quingentis milliariis separantur)
quatuor diebus nunc iter superatur. Olim iter
octo mensium erat, quando, scilicet, nec vapo-
ritrahae, nec vaporivehae erant!

Electricum nunc, magneticum fluidum postea,
numquid aliud pernicius dabunt festinantibus,
et maturantiora quaerentibus? Videbitne qui
felicior vivet? Nos non absurdum habemus id
futurum.

M. LANI.

EX POLONIA.

De Augustini Kordecki memoria celebrata.

VIRORUM magnorum ac praecclare ab iis fa-
torum memoria merito magnopere col-
solet, neque patimur eorum nomina obliioni
tradi, qui aut vitae sanctitate, aut litteris, aut
artibus, aut rebus in bello gestis aequalium
admirationem excitaverunt, neque minus apud
posteros eam movent. Quanto magis autem extol-
lendam arbitramur memoriam ipsam, si quis
non una ex iis rebus, sed pluribus coniunctis
inter suos excelluerit? Quod quidem summo-
pere Augustinum Kordecki Polonum inter suos
assecum esse inter omnes gentium historiae

- « Satis ».

- « Sonum nunc eius videamus, qui lenior paullo
quam hodie effundit moliorque. Incrassum enim, et
haud longe pronuntiamus a TS “sonum”, “saccum”, etc.,
quasi essent t’sonum, t’saccus. At lenis ille effatus
verior est, quem servamus in mediis vocibus misi,
Piso, asinus, etc. Viros doctos non audio, qui effundit
ut corruptum illud C volunt **Selenus**, simia, sanus.
Male; et transeat in vitium, quod ευρηκός dictum
a Graecis est. Terentianus a lenitate hac nostra est:

..... agitur pone dentes

Sic levis (1), et unum ciet auribus susurrum,

ex Victorino, qui fere haec transcripsit.

Ad **X** iam venio, cruciarium illam litteram. Non ea in T
littera, consensu omnium, non in ista. Vel Tertullianum
audi: “Ipsa est littera Graecorum tau, nostra
autem T species crucis.”

Hic ego: - « Resiste paullum - inquam - etsi pro-
peras. De figura non fallis? Vereor. Nam ea in T
littera, consensu omnium, non in ista. Vel Tertullianum
audi: “Ipsa est littera Graecorum tau, nostra
autem T species crucis.”

Ille prompte: - « Hoc, Lipsi, non nescio - in-
quit. - Sed tu quoque scito crucis unam non olim
formam. Formabant, ut dixisti, recto et transverso
ligno ad T faciem, sive ad mali cum annexa antemna.
Ita enim Ausonius:

Malus ut antemnam fert vertice; sic ego sum T.

Et ideo cum navi Artemidorus comparat (lib. II):
“E lignis et clavis crux componitur, ut et navis,
sicut conformatio etiam navis similis cruci... Appo-
site D. Maximus Taurinensis Episcopus: “Cum a
nautis scinditur mare, prius ab ipsis arbor erigitur,
velum distenditur, ut cruce Domini facta, aquarum
fluenta rumpantur... Atque haec vulgata forma. Sed
nec illa infrequens ex lignis decussatis, quam X littera
repreäsentat. De ea Isidorus: “X littera et in
figura crucem, et in numero decem demonstrat...
Utraque ista in Constantini nummis conspicitur, cum
adscriptio: IN HOC SIGNO VINCE. Seneca ad
hanc varietatem: “Vides istie crucis non unius qui-
dem generis, sed aliter ab aliis fabricatas...”

Sed redeo ad meam lineam et pergo de sono; qui
in ista durus ex C et S mixtus. Ideo in monumentis
altera ea littera est, saepe etiam iuncta, ut VIXIT,
IUNCXIT et CAPPADOXS, CONIUXS; quin veterum

gnaros satis constat, cuius memoriam, annis
iam trecentis ab eius ortu elapsis, Poloni die
xvi Novembris a. e. pro eius in patriam me-
ritis celebrarunt.

Huius vero consilii opportunitas patebit me-
lius, si de viri ingenio, virtute rebusque gestis
pauca dixerimus.

Ioanni III Suecorum regi a. MDXII mortu-
to succeedere debebat Sigismundus III, qui,
iam ante fidem catholicam amplexus et Polo-
norū rex constitutus, cum ipse regno et dia-
deitate accepto in Suecia manere non posset,
patrum sum Carolum, Sudermaniae princi-
pem, suo nomine populo praesesse iussit. Qui,
cum artibus subdolis regnum et solium arri-
puisset, bellum atrox inter Polonus et Suecos
movit. Fortuna belli et ingenium Caroli, quem
etiam fides et religio cum populo suo communi-
nis adiuvabat, effecerunt, ut rex Suecorum con-
stitueretur. Bellum deinde redintegratum, et
non solum a Carolo et Sigismundo vivis, sed
etiam post mortem eorum a successoribus ges-
tum. Quod bellum atrocissime ardebat, cum
in Polonia alter filius Sigismundi, Ioannes Casimirus,
in Suecia autem Caroli ex filio nepos,
Carolus X Gustavus, regnaret. Is enim, ubi re-
gnum obtinuit, quamquam Ioannes Casimirus

res CS. aut GS pro ea scripsere, nec reperiri X ante
Augusti aevum credo Isidoro, et Nigidium in libris
suis sprevisse, ubi lego apud Victorinum. In hac
efferenda peccari admodum non video; igitur per-
gam.

Superest mihi Z, quam, etsi Latini saepe verte-
runt in S duplez (μέτα, massa; Ηλεία, Patrisso, etc.)
valere DS consensu tradunt; ideo et sic efferenda:
uti dsona, dseno, dselus, madsa, Medsentius. Nos
hodie pessime, qui mollius quam ipsum z. Quia ad-
finitas cum D illi, ideo in eam saepe mutat, et contra:
sic zabolus pro “diabolus”, fere semper est
apud Paulinum, antistitem Nolanum. Iuxta Quintili-
anum Z et Y apud Graecos nudae dulcius spirant;
et approbo; etsi appius Claudius - Capella refert -
hanc litteram reformidat, quod “dum exprimitur
morientes dentes imitetur... Ita aurium iudicium,
Lipsi, varium, ut et sensuum aliorum. At ego de
elementaria pronunciatione campum hunc decurri;
restat ille qui de accentuali.

XVII.

Quem veteres aliquot novique decurrerunt, fateor;
sed cur non levī rota etiam ego? Ordo sermonis hue
me ducit; et quis seit an non planius aliquid aut
pleniū dicam? Conabor. Tu tantum, Lipsi, scin’
quid te velim?

— « Iube », - inquam.

— « Illud Caelianum, - ait -: “Dic aliquid, ut
duo simus... Nam haec tenus audis me nimis obnoxie,
non solum intente. Ut autem ex lapidum attritu
ignis elicitor, sic saepe veritas ex alternantium, imo
ex altercantium sermonum conficitur.»

— « Sed enim quid abloquar, aut interloquar, -
inquam -, ubi res non anceps? Sic mihi visa quae
adhue dicta. In aliis si qua mihi salebra aut abruptum,
revocabo libere et sistam. Tu perge, nec respice.»

Ridens ille: - « At enim Plautus noster, - inquit -,
hoc probi agitatoris esse voluit. Sed capio iterum
lora, et quo coepi, aurigor. Pronunciationis pars mihi
facta altera, accentus. Iure. Elementaris enim illa qui
sufficiat? Quin ut in eithara parum sit nervi cuiusque
sonum nosse, nisi efficere possis iunctim ex iisdem
concentum, sic frustra elementa mihi recte efferas,
nisi ex iis et voce. At has non potes sine iusto le-
gitimoque accentu.

(Ad proximum numerum).

I. LIPSIUS.

(1) *Sic levis*, malum.

indutiis iam prius usque ad annum MDCLX Stumendorfii factis, quin regnaret, non impediebat, bello ultro Polonis indicto, fines eorum invasit et proditorum factione adiutus, Ioanne extra regni fines fugere coacto, Poloniā fere totam vi oppressit; iamque miserrime actum erat de libertate ac regno, ni «unus vir rem restituisset».

Celebratur a Gallis patriae amantissima, bellicosa, nunc iam paene beata nuncupata virgo Ioanna d'Are; eodem apud Polonos honore et veneratione fruitur Augustinus Kordecki.

Erat tunc, et est, prope oppidum Czenstochoviā in Claro Monte (*Fasna Góra*) sanctissimum genti patrum Paulinorum pervetus monasterium moenibus munitum cum celeberrimo fano et nota prodigiis effigie B. Mariae Virginis, quae a Luca apostolo pietà dicitur, et post varias vices hae sede electa a loco suo Czenstochoviā v. Claromontana vocatur. Qui locū eum unus omnibus iam late longeque expugnatis deditiōnē negaret, Suecū non magis cupiditate moenia hostilia capiendi, quam opes et divitias sanctae sedis diripiendi accensus, ducem Burchardum Millerum cum sexdecim millibus militum ad expugnandum monasterium misit.

Vix credat quisquam, qui debilia, ut tum erant, loci munimenta noverit, eos, qui ibi clausi et obsessi erant, tantis viribus resistere ausos esse. Nam quid tanto exercitui omni apparatu bellico, tormentis et ballistis glandivis exornato, opponi poterat? Praeter patres Paulinos centum duodevigi cives, viri generosi, quibus Stephanus Zamojski praeerat, uni tum loci propugnatores erant. «Virtute pugnant, non numero viri», canit quidem Polonorum Horatius, Mathias Casimirus Sarbievius (*Carm. IV*, 4), sed et virtus cedere cogitur numero praevalenti; et cessisset fortasse heic, nisi unus vir fuisset, quem supra memoravimus, Augustinus Kordecki, monachorum claromontanorum prior, vir non solum pietate in Deum ac Deiparam, non solum amore patriae, sed etiam animo forti et constanti insignis, qui tanta spe, fide, fortitudine, audacia, alacritate suos inflammat, ut aut mori aut vincere parati essent. Quid addam tam paryliae manus animos pietate quoque eius precibusque mirifice auctos esse? Quo modo enim obsessio et oppugnatio vehementissima intra dies triginta septem a die XVIII mensis Novembri ad d. XXV Decembris a. MDCLV sustineri potuisset? Ae narrant quidem annales, cum intra impetum hostium oppugnantium ardoremque et atrocitatem pugnae Kordecki saera supplicatione cum areula eucharistiae per moenia facta opem divinam in summo rerum dissermine imploraret, Beatam Virginem supra moenia apparentem pallio suo globos tormentis missos in castra hostium retrudisse: qui autem moenia aut parietes templi perenterent, innoxios fecisse: quorum globorum aliquot ad haec tempora in parietibus sacris haerent, unusque ex iis H. Senkevicio, celeberrimo scriptori Polono, a patribus claromontanis dono est datus.

Quid plura? Hostis, cum rem sibi non cum hominibus tantum, verum etiam cum Deo esse videret, iam et securitatem et ineolumitatē loci hominumque pollicebatur, si modo dedi-

tionem fecissent. Cuius rei praecellarum documentum litterae latinae ipsius Milleri ducis a. MDCCXCIX in bibliotheca claromontana repertae et a me in linguam Polonam translatae, fere in omnibus ephemeridibus Polonis ex eiusae sunt (1).

Neque tamen promissio, neque minae animos sacrae rei propugnatorum frangere aut labefactare potuerunt, ita ut hostis, re sua desperata infectaque, magna eum ignominia ob sidionem et oppugnationem tollere coactum se senserit. Quo facto probata sunt ea, quae antea Simon Starowolski, canonicus Cracoviensis, scriptis suis inter alios et Venetis notus (2), eidem Carolo regi, cum Cracovia capta regum Polonorum tumulos visitaret et victoria gloriaretur, responderat: «Deus mirabilis, fortuna mutabilis», inquit senex, paene divinitus inflatus; nam nuntius de mirabili Clari Montis defensione dispersus mox tantam rerum et animorum et fortunae mutationem evocavit, ut hostes brevi finibus Polonorum discesserint.

Pace restituta, rem memoriae perpetuae tradi voluit idem, qui patriam servitutis ingo liberaverat, Augustinus Kordecki, novaque laude nomen et ingenium decoravit, eum certamen illud periculoso poemate latino descripsit, quod *Nova gigantomachia* inscriptum Cracoviae a. MDCLVI excusum adhuc inviolatum servatur.

Is igitur vir fuit, ea virtus, ea pietas, id ingenium, quorum memoriam Poloni mox celebrarunt.

Varsaviae Polonorum.

JOSEPHUS WABNER.

DIARIUM VATICANUM.

Mense Novembri an. MDCCCIII die XVI SS. D. N. Pius PP. X, post auditos eūnos Patres Cardinales Beniaminum Richard, archiepiscopum Parisien.; Dominicum Ferrata, Congnī Episcoporum et Regularium praepositum; Seraphinum Vannutelli, qui coram adducit iudices contra haeresim adlectos; apud se admittit eūnos viros Iacobum Ghezzi, episcopum Civitatis Castellanae, Hortan. et Gallesin.; Dominicum Ricciardi, episcopum Sarsinaten.: Carolum Franciscum Turinaz, episcopum Naneyen. et Tullen; praeterea Duecum e Campobello eiusque uxorem.

die XVII recipit Purpuratum Patrem Iosephum Callegari, episcopum Patavinum; eūnos viros Ernestum Fontana, episcopum Cremen.; et Mau rum Serafini, monachorum Benedictinorum «antiquae observantiae» antistitem.

In palatio Vaticano coram SS. habetur Congregatio «generalis» Saerorum Rituum ad iudicandum de virtutibus «in gradu heroico» Ven. Servae Dei Ioanna de Are.

die XVIII, mane, adeunt Pontificem eūni viri Benedictus Bonazzi, archiepiscopus Beneventan.; Bartholomeus Ortolani, episcopus Asculan. in Piceno; nobilis viri Nicolaus Szécsen de Temerin comes, Austrorum et Hungarorum legatus apud Apostolicam Sedem, cum familia sua; Maximilianus d'Erp dynasta, Belgarum legatus; Ioannes Grosoli comes, coetum catholicorum in Italia praeses; Carolus Zuechini comes, xix conuentus catholicorum Itali orum, recens Bononiae habitu, praeses; denique manus cubiculariorum ab ense et clamyre, offe-

(1) Vid. in *Storo*, n. 187, an. MDCCXCIX: *Litterae Burghardi Milleri Suecorum ducis.*

(2) Unum ex operibus eius: *Scriptorum Potonicorum Hecatontus, seu centum illustrum Potoniae scriptorum elegia et vitae*, Venetiae, a. MDXXVI, excusum est.

rentes sacram supellectilem multam, quam Pontifex pauperibus templis dono assignat. - Vespre autem admittuntur excēni episcopi Lancianen., Achenton. et Matheranen., Caietan., Salernitan., Veralanus; r. p. Aloisius Cappello, S. I., rector collegii Pii Latini Americani, coram adducens alumnos ex Argentina republica obolum offerentes exēni episcopi Bonearensis; atque peregrinorum ex Aprutio legatio.

Rūni viri Guilelmus Sebastianelli, Benedictus Metala, P. Ladislau, procurator genilis presbyterorum «e Resurrezione», Ioannes Marengo, procurator genilis familae Salesianae, a consiliis S. Congnī Episcoporum et Regularium dieuntur.

die xix, mane, visendi Pontificem potestas facta est Purpuratis Patribus Hieronymo M^e Gotti, S. Congnī de Propaganda fide praefecto, et Alfonso Capelatro, archiepiscopo Capuano, una cum viris ad ornandam cryptam monasterii Benedictini Cassensis deputatis; atque excēni episcopis Cumano, Acerrano, Nolan. - Vespre, in Vaticana basilica, urbani cives et peregrini, ad vi millium numerum, apud Pontificem congregantur, qui pientissimam orationem adstantibus habet, ac deinde, cum in sua cubicula rediisset, coram se admittit excēni regionis Beneventanae antistites, quibuscum familiari colloquio diutius moratur.

die xx Pontifex excipit excēni viros Armandum Nisard, Gallorum legatum apud Apostolicam Sedem, et Dominicum Serafini, archiepiscopum Spoletanum.

die xxI, mane, Purpuratum Patrem Franciscum Satolli, studiis praefectum, excēni episcopos Theatin., Sipontin., Scopien., Nusean.; rūnos Guilelmum Murphy, Urbani collegii Iberorum rectorem, Guilelmum Giles, rectorem collegii Anglorum, atque Robertum Fraser, rectorem collegii Scotorum.

Vespre, in peristyliis Damasianis, manu nobilium virorum ex urbe Panormo, annulum aureum gemmisque redimitum in devotionis testimonium offerentes.

Nobilis vir Rodulphus Kanzler dynasta, praefectus Vaticani musei de antiquitate christiana, et Bartholomeus Nogara doctor, custos musei profani renunciantur.

die xxII, mane, Pontifex audit excēni episcopos Leodien., Namureen., Stabian., Aquaeependen. una cum legatione ipsius dioecesos; rūnos viros Morel et Guasco coram adducentes nonnullos sodales ex collegio inter catholicos ad propagandam fidem constituto. Vespre autem excēni episcopos Ruben. et Bituntin., Cotronen., Aprutin., Thermularum, Melphiten.

die xxIII eūnum Angelum Di Pietro, Cardinalem Pro-Datarium; excēni episcopos Cornetan. et Centumcellarum, Tridentinum, Placentin.; Ioannem Baptistan Anzer, episcopum Teleptensem, Vicarium Apostolicum provinciae Scian-tom australis in Sini; clarissimos viros Aloisium Ietté, rectorem provinciae Quebecensis in Canada, et Bartolom Longo, equitem torquatum.

Felix Gialdini, archiepiscopus Cyrenaeus, Late ranensis ecclesiae caevis, Romae diem obit supremum.

die xxIV, mane, eoram Pontifice admittuntur eūni viri Vincentius Vannutelli, S. Congnī Concilii Tridentinis Decretis interpretandis praefectus, episcopus Praenestin. una cum legatione summi collegii canonicorum dioecesos; excēni episcopi Tarraconen., Agrigentin. Luceorien.; Iacoboni antistes, vicarius episcopi Maceraten. et Tolentin.; r. p. Cassianus Gasser, prior generalis fratrum nosocomorum a S. Joanne de Deo; Engel antistes, postulator causae beatificationis archidiucessae Magdalena ex Austriaca regali domo. Vespre, in peristyliis Damasianis, Angli peregrini coram adducti ab episcopis Westmonasteriensi ac Trapezuntino, et parochorum in urbe Venetiarum legatio, obsequia civitatis offerens ob anniversariam hanc diem, ex quo Pius PP. X Venetum patriarchatum initiv.

Apud eūnum Cardinalem Dominicum Ferrata, «Ponentem» causae canonizationis B. Gerardi Maiella e congē SS. Redemptoris, habetur Sacrorum Rituum congregatio «antepreparatoria» ad indicandum circa miracula duo, quae dicuntur a Deo pa-

trata, intercedens eius canonizatio.

Rūni viri

Pontificalis ac

Repentino r

nes Baptista A

apostolice pr

- die xxv, pos

dream Aiuti,

statem exēni

rūnis viri A.

demiae moder

canonicorum

F. Grā eoder

reg. ab Immac

son, «Oblator

deratori colle

S. Viti ad Til

nensis sodalita

Eūni viri

rum collegioru

ciantur.

- die xxvi cor

viri Thomas A

uxore et libe

banus princeps

ciseus Riggis

suis collegis

diebus sacra

exēni viri Ca

nobilium coh

rorum agminu

- die xxvii adi

Salesio Della V

gregatio

viris Ignatio

apud Germano

ut civium suor

electo offerret

tatis Costarica

stolicam Seden

luminibus capt

Urbe, quibusve

benignissime d

- die xxviii eūni

episcopis Rokl

Ruthenorum, L

presbyterorum

Excēni viri

Iaticanus, diaconi

ciantur.

- die xxix, man

politan., Laque

S. Congnī Con

tandis; Pignato

gustus Persiche

foederis catholi

a Purpurato Pa

fecti sodalitatis

gelia vulganda

Auditur a Po

nibus domus I

Cotrone ex Ord

toris apostolici

- die xxx adeu

episcopis Tome

viri Nicolao T

protectorum ap

Francisco Serlu

miae; r. p. Ios

Mariae Imma

equiti torquato,

morum Pontificie

SS. D. N. Pi

S. Dominicū tu

panamensis

ricanis addic

Americanae v

bus, utpote maxi

multam, quam Pon-
to assignat. - Vespe-
ri Lancianen., Ache-
an., Salernitan., Ve-
llo, S. I., rector col-
legium adducens alumnos
um offerentes eximi
regrinorum ex Apru-

nelli, Benedictus Me-
gefiliis presbyterorum
Marengo, procurator
consiliis S. Congnisi
lieuntur.

ficem potestas facta
onymo M^e Gotti, S.
raefecto, et Alfonso
ouano, una cum viris
erii Benedictini Ca-
pis episcopis Cumano,
in Vaticana basilica,
vi millionum numerum
ir, qui pientissimam
deinde, cum in sua
admittit excēsos re-
quibuscum familiari

hos viros Armandum
Apostolicam Sedem,
scopul Spoletanum.
Patrem Franciscum
mōs episcopos Thea-
an.; r̄mōs Guilelmum
orum rectorem, Gui-
lli Anglorum, atque
collegii Scotorum.

asianis, manum no-
mo, annulum aureum

otionis testimonium

zler dynasta, praefe-
tuitate christiana, et
c. custos musei pro-

lit excēsos episcopos
Aquaependen. una
os; r̄mōs viros Morel
nonnullos sodales ex
pagandam fidem con-
s episcopos Ruben-
tin., Thermularum,

Pietro, Cardinalem
os Cornetan. et Cen-
tentin.; Ioannem Ba-
zeptensem, Vicarium
tom australis in Si-
Ietté, rectorem pro-
et Bartolom Longo,

us Cyrenaeus, Late-
ae diem obit supre-

e admittuntur emūs
ongnī Concilii Tri-
praefectus, episco-
atione summi col-
exēni episcopi Tar-
; Iacoboni antistes,
Tolentin.; r. p. Cas-
fratrum nosocomo-
antistes, postulator
sae Magdalene ex
in peristyliis Da-
n adducti ab epi-
apezuntino, et pa-
legatio, obsequia
iam hanc diem, ex
archatum invit.

ium Ferrata, «Po-
B. Gerardi Maiella
tur Saerorum Ri-
atoria» ad iudican-
lieuntur a Deo pa-

trata, intercedente eodem Caelite Beato, atque ad eius canonizationem proponuntur.

R̄mōs vir Ioannes Prior inter antistites Domus Pontificalis adnumeratur.

Repentino morbo correptus Romae moritur Ioannes Baptista Anzer, episcopus Teleptensis, Vicarius apostolicus provinciae Scian-tom australis in Sinis. - die xxv, post auditum Purpuratum Patrem Andreām Aiuti, Pontifex sui conveniendi facit potestatem exmīs episcopis Compani, ac Cephaluden.; r̄mōs viris A. Duchesne, historiae Gallorum aca-
demiae moderatori, A. Santini, antistiti generali canonicorum reg. lateranensis SS. Salvatoris; F. Gréa eodem munere fungenti apud canonicos reg. ab Immaculata Conceptione B. M. V.; A. Brisson, «Oblatorum» rectori supremo; I. Coccolo, moderatori collegii ad missiones Africanas in oppido S. Viti ad Tiliavemptum; I. Broch, rectori Lugdunensis sodalitatis «a Providentia».

Emūs vir Seraphinus Card. Vannutelli Urbano-
rum collegiorum Anglii et Beda patronus renun-
ciatur.

- die xxvi coram Pontifice admittuntur nobiles
viri Thomas Antici-Mattei, prineps Urbanus, cum
uxore et liberis; Philippus Lancellotti, et ipse Urbanus princeps, cum eius familia; excēsos vir Fran-
ciseus Riggi sacrarum caeremoniarum antistes cum
suis collegis, et manus adolescentum ex plebe his
diebus sacra synaxi primum refectorum. - Vespe-
re excēsos vir Camillus Rospigliosi, dux Pontificiae
nobilium cohortis cum suis militibus, atque cetero-
rum agminum praefecti.

- die xxvii aditus est Purpurato Patri Francisco
Salesio Della Volpe, oeconomiae rei apud S. Con-
gregationem de Propaganda fide praeposito; excēsos
viris Ignatio Gutierrez-Ponce, Columbiae legato
apud Germanos et Anglos, peculiari missione aucto-
ut civium suorum omnia Summo Pontificie recens
electo offert; Emmanuel Peralta, litteras ci-
tatis Costaricae praebenti, quibus legatus apud Apo-
stolicam Sedem addicitur; denique adolescentibus
luminibus captis ex hominibus domo S. Alexii de
Urbe, quibuscum Pontifex vehementer commotus
benignissime diuque sistit.

- die xxviii emūs viro Aloisio Card. Tripepi; excēsos
episcopis Rokhampton, Gulburne, Leopolien.
Ruthenorum, Larinen.; r̄mō p. Paulo Smolikowski,
presbyterorum a Resurrectione summo moderatori.

Excēsos vir Iacobus Radini-Tedeschi, cañicus Va-
ticanus, diaconus «Pontificiae Cappellae» renun-
ciatur.

- die xxix, mane, excipiuntur excēsos epi-
copi Nicopolitan., Laquedonien.; Caietanus De Lai, a secretis
S. Congnisi Concilii Tridentini decretis interpretan-
dis; Ignatelli princeps eiusque familia; Au-
gustus Persichetti, eques toquatus, praeses Piani
foederis catholicorum in Urbe coetuum; denique,
a Purpurato Patre Mario Mocenni adducti, praefecti
sodalitatis a S. Hieronymo ad Sacra Evangelia vulganda. Vespe- Iberniei collegii alumni.

Auditur a Pontifice, Cardinalibus aulicisque om-
nibus domus Pontif. r. p. Pauli della Piece di
Cotrone ex Ordine Capulatorm S. Francisci. orato-
ris apostolici, concio de adventu Domini.

- die xxx adeundi Pontificem potestas fit excēsos
episcopis Tomeo, Aeliopolitan., Liparen.; nobilibus
viris Nicolao Troubetzkoy principi, turmae regiae
protectorum apud Russum Caesarem praefecto;
Francisco Serlupi-Crescenzi, marchioni, eiusque fami-
liae; r. p. Iosepho M. Rolandi, Congnisi Filiorum
Mariae Immaculatae moderatori; Alberto Galli
equiti torquato, museorum et pinacothecarum Sum-
morum Pontificum curatori, eiusque familiae.

SS. D. N. Pius PP. X patronatum tum Ordinis
S. Dominici tum S. Benedicti sibi addicit.

ACTUARIUS.

ANNALES.

*Panamensis isthmi effossio Nordicis Ameri-
canis addicta.*

Americanae vicissitudines supremis hisce die-
bus, utpote maximi ponderis, omnes orbis gentes

commovere. Gallorum enim audax ille inco-
ptus de Panamensi isthmo resecando, qui
tantam argentario ruinam produxit, Ameri-
canus hodie est factus. At profecto brevis
disceptatio non fuit, neque leves aemulationes
de tanto opere perficiendo sunt agitatae. Vicit
tandem celeberrima illa Monroe sententia:
« America Americanis », quam tamen soli Ci-
vitatum Foederatarum nordici incolae sibi vin-
dicare videntur; eorum enim in ditionem, ut
hodie sunt maxima armorum vi praediti atque
firmati, omnia tandem aliquando cessere, atque
ita, ut omnes veteris Europae gentes non tan-
tum a possessione, sed a quavis tutela resecandi
isthmi amoverint. Modo itaque de aperiendo
marino itinere novae hinc reipublicae magi-
stratus, inde Americani tutores pactionem sub-
signavere, cuius descripta subscriptio, utriusque
gentis vexillis solemniter obvoluta, legatis
Americanorum tradita est. Americana tutela,
hinc fulta praesidiis, Americana pecunia fre-
tum inter oceanos aperiet, unde Americane cu-
stodie viam totius orbis communicandis com-
merciis praecipuam armis atque munimentis
tutabuntur.

★

Dominicana seditio.

At comparato vix triumpho hoe novissimo,
latiora litora, Dominicana insula, Cubanos inter-
atque Portoricens, Nordicis Americanis stern-
nuntur. Cum enim Dominicani seditionem in-
novassent, tribus factionibus contendibus im-
perium, qui reipublicae nunc praest, Gill, a
Ximenes aemulo in fugam actus, Washingtoniam
petit urbem, ut suum populum foederatas inter
civitates adiungi valeat. Acerrime huic pro-
posito adversatur Moralesius, qui arma cogit et
odia moyet, ne novam hanc capitatis diminu-
tionem Dominicani patientur. Ii autem, quos
Gilliana petitio respicit, rem tantum ita se
profitentur nunc euratuos, ut iura civium suo-
rum, qui in excolendam insulam iunctis pe-
cuniis atque sociato opere intendunt, arbitris
iudicibus constitutis, maxime tuta constituentur.

★

Iaponiorum cum Russis discordiae.

Ex Iaponiorum Russorumque inimicitis, quae
in ultimo flagrant Oriente, belli initium, quod
iam videbatur committi, nullum adhuc feliciter exarsit. Sed dum in Coreana praesertim
peninsula aemulae gentes de auctoritate con-
tentunt, Sinenses milites aduersus Russos coacta
manu proficiscuntur, atque ad pugnam se par-
rant. Advelitationes itaque inter hostiles copias
non defuere; verumtamen, quod gravissimum
est, Sinensium ipse rex edicto iussit Ching
principem atque Yaan-Chi-Kai ducem maximu-
mum aggredi: opus, ut exercitus omnes ex pro-
vinciis Sinarum universis uno armorum genere
similibusque impedimentis instruerent. Quos
autem contra hostes huiusmodi copiae arma
haec sint sumptuae, plane non liquet; est
vero causa eur mentes Europae gentium de re
anxiā quamdam sollicitudinem gerant.

★

Macedonica pax.

Macedonicae perturbationes tandem aliquan-
do siluere: cum Austrorum Russorumque le-
gatis reguli Turcarum, accepto a Byzantino
rege mandato, de legibus innovandis agunt; pariter
cautum est certi ut deligantur nostri
ex gentibus centuriones, qui vigilum cohortem
per Macedoniae fines comparent atque mode-
rentur. Belgaē praesertim haec de causa advo-
cati sunt; incertum vero pendet cuiusnam pe-
cunia novae leges applicentur, aut vigiles co-

gantur aut novorum tribunorum sint solvenda
stipendia. Quare non pauci sunt, qui credant
sponsiones novissimae quoque, uti antiquiores,
fore ut irritae evadant, proximoque vere iterum
ad arma hinc et inde veniatur.

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Bulgaria praeses administratorum oratoribus po-
puli orationem habuit ut animadverteret praeser-
tim, quae iunctis sibi Russorum consilis Bulgari ausi
sunt ad suas opes intra Macedoniae fines tuendas.

In Gallia cum de rebus publicis quae cum exteris
communicantur quaestio coram municipiū legatis
esse, Delcassē administer tum quae proximo tempore
gesta sunt, tum quae gerenda erunt ad pacem tuen-
dam, omnium suffragio exposuit. - In senatu lex de
decendi libertate, quae a Falloux nomen habebat,
abrogata est.

In Germania Bulowii comitis oratione resumptae
sesiones ab utroque coetu fuere. De re publica atque
de re pecunaria eloquentissime Bulowius dixit, mo-
nens hanc praesertim instaurari ope conlata oportere.

In Hungaria iterum e factio oratorum popu-
larium, qui regiis administris obstant iterata ratio
est cunctandi atque terendi inanibus sermonibus tem-
pus ne leges fierent. Franciscus Kossuthius vero suos
fautores adhortatus est ut inutilē rem tandem ali-
quando intermittant.

In Iberia novi administris delecti, Maura
qui collegio praesit, Sampredo qui res cum peregrinis
curet, Toca qui iustitiae partes advigilet, Linares
atque Ferrandiz qui terra marique exercitus parent
et classes, Orma qui aerario praesit, Dominguez qui
studia foveat; opera publica Salazario commissa sunt,
domesticas autem Sanchezio.

In Italia novis administris delectis, quorum Gio-
littius collegio praeest, iterum coetae sunt sesiones
utriusque coetus angurali sermone ab ipso Giolittio
praeside habito: mox ad examinandas sumptuarias
leges in annum futurum conversae mentes.

In Romania pariter, sed regia oratione, inau-
gurata feliciter novorum coetuum sessio est, in qua
commemorata est praesertim Rumenorum opera de
pace servanda inter novissimas Macedonum pertur-
bationes.

SCRIBA.

AENIGMATA

I.

Fortis venator peragrabam devia saltus;
nunc rutillum caeli sum decus astriferi.
Principium muta: divinus fio poeta,
quem delphin quondam fluctibus eripuit.

II.

Clangorem tollens oblecto militis aures.
Inseritur mihi rho? Trepidum designo tumultum.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aegnimitis inter-
pretationem ad Commentarii moderatorem
miserant intra menses duos, unus, sortitus,
gratis accipiet opus, cui titulus:

DIES CHRISTI NATALI PRAEVIA.

Ad exemplar carminis Bohemici C. I. ERBEN, quod
inscribitur: Stedy Den latine scripsit

FR. PALATA.

Aenigmata an. VI, n. XX proposita his respondent:

1) Anna-lis; - 2) Collis, Callis.

Ea rite soluta miserunt:

Andr. Piotto, *Malado ad Vicentiam*, — Ferdi. Ferrari, *Gua-
stalla*, — Car. Stegmüller, *Sabaria*, — Guil. Schenz, *Rati-
sbona*, — I. Walter, *Neo-Eboraco*, — D. Le Provost, *Briocen*,
— Fr. Skiba, *Strigau*, — Ioan. Galbati, *Meditolano*, — Alf.
M. Mattioli B. th. *Asta Pompeia*, — Petrus Tergestinus, —
Iul. Sernatinger, *Dresda*, — Ad. Huzza, *Grybœvia*, — Civis
Romanus, *Bremerkaren*, — Ios. Czudck, S. I., *Bzozów*, —
Am. Robert, *Marieville in Canada*, — Petr. Garrone, *Pezzina
ad Verzellos*, — Ad. Skrzypkowski, *Scinice*, — Hein. Ta-
rallo, Dom. Farese, *Neapolis*, Hermes Gini, *Aquis Taurinti*,
— A. Libani, *Civitatem Nova Picentia*, — Iac. Bertram, *Figueroa*,
— Coll. Scholerna, *Piarum Stellae*, — Raph. Astorri, *Firmio*,
— A. Cappelli, *Senis*, — I. Pages, *Penang*.

Sortitus est praemium

I. WALTER.
ad quem missum est opus, cui titulus:

JOSEPH SCOPA
CARMINA.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCIV.

Pretium subnotationis est in Italia Libell. 4,80; ubi-
que extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5
Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARII "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCII CONSTITUTA

ad libitum:

- a) Tabula metr. $0,45 \times 0,22$ Pontificiae dominationis au-
spicationem referens a Pio PP. IX an. MDCCCXLVI
peractam, et in Commentarii "Vox Urbis,, commo-
dum unice ex antiqua tabula desumpta; *sive*
- b) Collectio chartularum electissimarum, quae distincta
coloribus praecipua Romae, aut eius vicina red-
dunt; *sive*
- c) Urbis et Ianiculo monte prospectus. (Tabula aere cusa
metr. $1,10 \times 0,24$).

Donum, quod voluerit, quisque subnotans petet
primum intra mensem ab eius subnotatione et cum
ipso subnotationis pretio.